



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 6. De contemplatione suavitatis Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

*facilissimum est splendidam Christi pulchritudinem
re, & radiantibus eius fulgoribus pectora nostra illu-
re, & omnem obscuritatem peccati à nobis expellere! Da-
miru*

S. August. Manual. 5. 10. Domine Deus meus, speciose pro filio hominum, ut
derem te, ut amem te, quantum volo, & quantum
prim
& totus flammâ charitatis tuæ vaporatus diligam, ut
dulce
minum meum dulcissimum & pulcherrimum ex toto
per q
meo, ex totâ animâ meâ: habens te semper in cor-
lapid
in ore, & pro oculis meis semper & ubique. An
renti
Hucusque de pulchritudinâ: dicamus modò de
D
dint & suavitate Dei.

CAP. VI.

De Contemplatione Suavitatis Dei.

Dulcedo & suavitas Dei, utpotè Divini amor
propria passio, pariter infinita est, sicut Bonitas
cedin

Eccles. 24. Pulchritudo: Spiritus enim meus super mel dulcem, &
raffi
hereditas mea (quæ est Christus Filius meus) super
cum
& favum. Est dulcedo talis, ut totam penetret Natu-
tuz,
ram Dei, & ipsamet Essentia Dei essentialiter suavitatis
erian
& dulcedo est: Substantia Dei Dulcedo Dei est. Mentis
in a
propereâ à S. Augustino Dulcedo Divina appellatur
ama
primò Dulcedo amoris, & Amor Divinus Amor Dulce-
expe
dinis, quia dulcedo nil aliud est, quam objectum amoris
Se
& amor est desiderium dulcedinis. Secundò dicitur
omn
Dulcedo inebrians, quia per illam perditur quodammodo
part
mens humana & sic Divina: & est sobria ebrietas, quæ
Di
non evertit mentem, sed rapit sursum, & oblivionem præ-
don
stat omnium terrenorum. Tertio vocatur Dulcedo omnium
pro
ad se trahens. Pro hac dulcedine ibant Apostoli gaudentes
Div
inter Tyrannos & tormenta. Pro hac emenda Barthele-
Si d
meus propriam pellem dedit. Pro hac gustanda veneni pu-
sten
tulum intrepidus Ioannes potavit.
pere
men
è ri
suav
nem
dem

S. Aug. O Divinam Dulcedinem! O inexhaustam, immensam,
interminabilem, ineffabilem! Vnam stellam huius Dulce-
dinu gustavit Petrus, & clamavit quasi ebrius: Bonum est
nos hoc esse. Quid putas, dixisset, si magnam illam & multi-
plicem Divinitatis Dei Dulcedinem gustasset, quæ non ab-
sondit timentibus se
Intet

Inter alios Divinæ Dulcedinis effectus duo sunt stupendi, mirabiles, videnturque sibi esse contrarii: ea nimirum dulcorantur amara, & amarificantur dulcia. De primo effectu ait D. Augustinus: *Tu solus, Domine, Idem.* dulcis appareas anima mea, quia es dulcedo inestimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo lapides Stephano dulcoravit, tua dulcedo craticulam Laurentio dulcem fecit.

Descendo idem asserit: *Bonus est Deus, & non cessat Idem in amaritudinem miscere felicitatibus huius sæculi.* Cujus Ps. 93. ratio est, quia bonus est Deus, & per solas consolationes mundi ab amaritudine depurgatas oblivisceremur Deum, & anima ad eundem minimè recurreret.

Hæc est Divinæ Providentiæ dispositio, ut provideat diviti & pauperi: pauperis dulcorando paupertatem, & divitis amarificando opulentiam. Et hoc induere volebat Psalmista, quando dixit: *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* q. d. plurima pauperi præparasti incommoda & tribulationes; at in dulcedine tua, cum communicatione & participatione dulcedinis tuæ, vi cuius amaritudo paupertatis dulcescit, Multa etiam bona præparasti diviti; ast benè dici potest; in amaritudine tua, admiscendo dulcedini illi multum amaritudinis: veluti in pluribus quotidiana edocet experientia.

Sed ut ad praxin descendamus, considera, qua ratione omnes creaturæ sint effectus Divinæ Suavitatis, omnes participant guttam aliquam immensi illius torrentis Divina dulcedinis, sinique tot veluti beneficia & dona è benignissima ac liberalissima Altissimi manu procedentia. Ac propterea, quoctunque te vertes, Divinam contempleris & gustabis dulcedinem. Si dulcis est aer te vivificans: si dulcis cibus te sustentans: si dulcis sanitas, vita quoque si dulcis est, perennis illius torrentis & fluvij guttulæ sunt & immensi illius Oceani Divinæ dulcedinis stellæ existunt: è rivulis bibe, at in proprio fonte, noli persistere in suavitate donorum, ad Donatoris transi dulcedinem, & in eâ quiesces & satiaberis immersus eidem.

Apis

**S. Aug. de
substantia
Dilectionis**

Apis cape exemplum iuxta D. Augustini confitetur, ecce quam exigua angustaque faui cellæ includitur, se immergat suavitati mellis, adeo. ut non nisi mergatur, videat & gustet. Eodem modo, o anima de facies: *Suge, suge, & bibe Dominica dulcedinem suavitatis suavitatem: immergere & replere: adhaere & fruere.* *O felix cor, quod hoc melle tur!* (exclamat Richardus) *& quod totus mundus non sariat, huius dulcedinis gutta plenè inebriat.* **Richard.** *Ve aduerte, quod in gaudio eius non miscetur extraneum eodè corde conuenire nequeunt voluptas carnalis terrestris, vera dulcedo Diuina & apparens dulcedo sensus.*

**De natura
Diuina-
moris.**

Impediunt quoque Diuinam dulcedinem supernarum occupationes. Quæ de causa consultus Bernardus, ut tali cum moderamine admittantur, ut non trahat humana necessitas, non omninò excludatur Diuina suauitas: coniungendo simul & semper necessitatibus dorum contemplationis suauitatem. Talis erat **S. Franc. Xauerius** Franciscus Xauerius, qui in medio populi tumultu stabat delicias cœli, & præ multitudine & abundantia dulcedinis Diuinæ coactus erat dicere: *Sat est, Domine, sat est.* Quemadmodum Sanctus ille, qui à Diuinis consolationum superabundantium abloptus torrens præcabatur Dominum, ut sibi, veluti impotenti ad uitam suffere odam dulcedinem, subtraheret maerorem

S. Arsenius

Contine, Domine, dulcedinis tuæ copiam, quia sustinere non valeo. Concludamus hoc punctum, instantius impetendo à Iesu suauissimè mediante, Matre eius dulcissima hanc Diuinæ dulcedinis gratiam, tanquam potentissimum scutum, veluti magnus ille asserabat Antonius ad superandos omnes inimicorum assultus & tentationes, ad deuincendas cunctas sensus adulatorices consolationes efficacissimum. Dicamus cum S. Augustino *Dulcis Christe, bone Iesu, accende me totum amore suauitate tua, iucunditate & exultatione tua, voluptate & concupiscentiâ tuâ: & scribe digito tuo in pedore meo dulcem memoriam tuam in illisui Nomina nullâ unquam obliuione delendam.*

l. sup. par. 4

Ex hucusque dictis in hoc capite euidenter colligitur

ur, quantum à recto devient tramite illi, qui sensuum
 ablectamentis decepti in objectis sensibilibus terræ to-
 um suum collocant amorem & affectum; minimè ad-
 vertentes, non quodcunque bonum; sed infinitum &
 increatum bonum: non qualemunque pulchritudi-
 nem, sed Divinam: non quamcunque dulcedinem,
 sed æternam esse objectum amoris. Passio amoris do-
 num à Deo datum est, ut eodem anima *sumum bonum*
diligeret, diligendo possideret, possidendo quiesceret,
quiescendo frueretur. Expurga igitur; O Christiane, *Magist.*
amorem tuum, & aquam fluentem ad cloacam converte *Ser. S. Aug.*
ad hortum. Purifica cor tuum, amorem tuum à for-
 didibus terræ ad delicias cœli transferendo: *Vita cordis, Idem.*
amor est. Vnde sine amore anima humana esse non potest.
Et si feliciter amat, feliciter vivit: & ille solus felici-
citer amat, qui Deum amat: & tanto felicius, quanto
amplius. Quicumque alius amor creaturarum; sicuti
non excludit omnem miseriam; ita nec vitam nostram
efficit felicem.

CAP. VII.

De Naturâ Amoris DEÏ.

Essentia amoris Divini, Sæctorum Doctõrum cal-
 Eculo, nil aliud est, quàm unio animæ eum Deo; *Dionys. de*
 unio animæ amantis cum Deo amato. Unio est non *Div. Nom.*
 mortua; sed viva & vitalis: quia est cum Deo vita *c. 4.*
 nostræ principio: non otioso, sed semper pro Deo *Aug. 15. de*
 operando. Est unio conformativa, quæ ab Angelico *Trin. c. 18.*
 dicitur: *Coaptatio affectuum: quia habet idem velle,* *S. Tho. 2. 2.*
& idem nolle cum Deo. Est etiam unio transformativa, *q. 180 ar. 6.*
 quia anima vi amoris exit à se, & intrat ad Deum:
 moritur sibi, & vivit Deo: & moritur secundum vitam
 intellectivam, non cogitando, nec amando *qua sua*
 sunt, sed qua IESU Christi: & quandoque etiam se- *Phil. c. 2.*
 cundum vitam sensitivam & vegetativam cum defectu
 sensuum & propriæ vitæ.

C

Ratio